



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Ad peregrinum terræ sive dispositionem ad bonam mortem introductio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



A D
PEREGRINUM
TERRÆ,

Sive

Dispositionem ad bonam
 mortem.

INTRODUCTIO.

Hebr. 6. 12.



Non habemus hic civitatem permanentem, sed futuram inquirimus. Sensus Apostoli verbis hęc comprehensus hic est: nullus sit ad eò sui palpo, qui fallacibus, apparentibus, blandis que rationibus sibi persuadeat, non neminem huius simul & alterius Mundi civem esse posse, regnare fœlicem in sæculo præsentis, & in futuro triumphare beatum, frui creaturis in vita præsentis, & satiari Creatore in altera; sed necessè est, vita succedat altera, & vnam quis eligat è duabus: aut peregrinetur in terra, & viuat vt civis cœli; aut è contra profiteatur se esse peregrinum futuræ vitæ, & conuerfetur civis inftar vitæ præsentis.

In hac electione, vt docet Apostolus, nemini dubium est, præferendum esse cœlum terræ, bonum æternum temporali, Diuinum humano. Quapropter
 idem

idem Apostolus, veluti Spiritus sancti tuba, allegato
 Scripturæ loco, tanquam vniuersali quodam Mani-
 festo, vniuerso deaunciat Mundo, vt vnusquisque, ef-
 ficacem salutis suæ gerens curam, semel intelligat &
 comprehendat, quod *non habemus hic*, in hoc loci pun-
 do, *nunc*, hoc temporis momento, *ciuitatem per-
 manentem & stabilem, sed futuram inquirimus*, & ne-
 cesse est, nos, vt veri peregrini terræ, desideremus,
 procuremusq; patriâ nostrâ cœlestē, ad illam aspiremus,
 propter illâ suspiremus, ac viuamus solis vitæ necessariis
 contenti, sponte nos priuantes his, quæ in Mundo super-
 flua sunt. Ita affirmat S. Bernardus. *Peregrinus est qui ad*
Patriâ suspirat, ad Patriâ tendit, & victum & vestitū ha-
bens nō vult aliis onerari. Auscultē hanc doctrinam vni-
 uersi Mundi amatores, qui veriusq; patriæ ciues esse cupiunt,
 veriusque regni possessores, cœli terræque Domini ef-
 se ambiunt. Attendant ad illud D. Augustini dictum:
Qui non gemit peregrinus, non gaudebit ciuis. *Peregrinus*
deorsum, & ciuis sursum. Si fuerit hic in terris pe-
 regrinus, in cœlis ciuis erit. Hinc veritatē, vt idem
 sanctus Doctor affirmat, præclarum Deus perhibuit
 testimonium in Abel & Cain sub Mundi initium: pri-
 mus, vt prædestinatorum exemplum, fuit peregrinus
 terræ, cœli ciuis: secundus, veluti reproborum ca-
 put, fuit ciuis terræ, peregrinus cœli. Ecce signum
 euident, quo cognoscas, e quorum, an prædestina-
 torum, an reproborum, sis numero; considera, cu-
 jus patriæ ciuis existas. Site, vt patriâ, alliciat terra,
 ibidem nomen tuum scriptum reperies: *Ciuis terræ*: at
 site prouocet, consoleturque cœli habitatio, nomen
 tuum pariter eidem inscriptum leges: *Ciuis cœli.* Ver-
 rum progrediamur, videamusque, quid factu opus
 sit, vt quis tanquam peregrinus in terra, & vt ciuis in
 cœlo viuat. Primo respondetur quæsito, peregrina-
 tionem terræ sitam esse in præparatione ad bonam mor-
 tem, iuxta doctrinam S. Apostoli Petri: *Obsecro vos,*
tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnali-
bui desiderii. Tanquam peregrini terræ inordinatas
 vestras mortificate passiones. In hac mortificatione
 propriè consistit vera præparatio ad bonam mortem:

S. Bern. ser.
 3 Qua-
 drag.

S. Aug. Pj.
 144. lib. 15.
 de Ciuit. c.

S. Petr. 1. c. 2.

IOYSSII
 DERAI
 O.V.



etenim illius suffragio mediante conseruatur anima in
 gratiâ Dei, quæ est vestis nuptialis ad benè sancteque
 moriendum necessaria. Responderetur secundo quasi
 to, esse ciuem cœli, nil aliud est quàm conuersari inter
 Philip. 3. Angelos, viuere inter Sanctos, viuere & habitare in Deo,
 secundum dictum S. Apostoli Pauli: *Conuersatio nostra
 in cœlis est.* In hac igitur viraq; veritate ad salutem adco
 necessaria, veluti in duplici basi & fundamento præci
 pto, duos, Diuinâ opitulante gratiâ, fundabimus tracta
 tus: primus erit de *Peregrino terra*, seu de præparatione
 ad bonam mortem: alter aget de *Ciue cœli*, seu de *cœlesti
 conuersatione.* Primus subdividetur in dispositionem
 seu præparationem remotam in vita faciendam, & in dis
 positionem proximam tempore morti viciao peragen
 dam, & erit veluti quoddam *Itinerarium pro futura vi
 ta.* Et inchoantes à dispositione remota, agemus primò
 de necessitate huius dispositionis: deindè de modo, quo
 facienda est. Hic tractatus in plures secabitur libros:
 in primò agetur de præparationis huius necessitate, vt
 diximus: in secundo de abstinentia à malo: in tertio de
 operatione boni: in quarto de expectatione Christi in
 morte: in quinto de Aduentu eius ad Iudicium vniuer
 sale: in sexto de poenis laferni. Pro materia
 paradisi cœlestis remittitur lector
 ad ciuem cœli.



PERE-